CONSVETVDINES DVCATVS BVRGVNDIAE, FEREQVE TOTIVS GALLIAE.

Commentariis D. Bartholomæi à Chaſſenæo, vt ampliſsimis, ita doctiſsimis illuſtratæ, ſummáque diligentia & labore recognitæ.

Acceſsit Index locupletiſsimus, ſumma fide priſtino nitori reſtitutus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

LVGDVNI,

Apud Antonium Vincentium.

M. D. LII.

LEONARDVS ALONNVS HEDVVS LECTORI, SALVTEM.

PAROEMIAM *ſequutus Homericam, lector candide, quæ (ſi Gellio & Laertio credimus) Socrati Diogenique vice adagij ſemper in ore fuit, qua quidem nobis ſcitè præcipitur ædibus in noſtris, quæ praua, aut recta geruntur, adamuſſim, diſcutere, ab ipſis (vt aiunt) laribus domeſticis, hic noſter Bartholomæus merito ſua ſumpſit exordia. Siquidem propria vineta cædens, quàm emunctè, quàm tersè & abundè noſtra interpretatus ſit iura municipalia, omnibus planè non liquere non poteſt, niſi talpa, aut leberide cæcioribus. Huius autem negotij teſtis ipſe ſum locupletiſsimus, cùm Lario ſimul degeremus in orbe. Teſtes etiam tot vigiliæ, tot labores, tot denique noctes inſomnes in Ticinenſi Gymnaſio exanclatæ. Quas mediusfidius per luſtrum & ampliùs domi delitescere paſſus eſt, ne more neotericorum his paſsim diebus, in noſtro iure ſcripturientium (quibus planè obruimur & confundimur) inanes videretur glorias aucupari. At vero cùm amicis, non patriæ aſsiduis precibus fatigatus, vix tandem poſt quinquennium permiſit quo hæc ſua, (tanquam Copiæ cornu) commentaria in lucem prodirent. Quibus noſtrum quidem ius Cimmerijs penè obuolutum tenebris, tutaretur & defenſaretur. Itaque huic noſtro Regio patrono (quem ex Ariſtotelis libro Ethicorum quinto acribodiceum, id eſt, exactum iuris interpretem rectè dixerim) quantum debeant nedum cauſidici noſtrates, verum plebs ipſa tota litigantium, viderint hi quibus quotidiè neceſſariò ſuis opus eſt commentarijs. Quamobrem lectores optimi huic inquam noſtro Bartholomæo iurium doctori & enodatori acutiſſimo, tanquam alteri recentiori Socino, aut antiquo illi Seruio Sulpitio, immortales gratias agite: æqui bonique conſulite.*

Valete felices.

LEONARDI ALONNI HEDVI ad lectores hexaſtichon.

Hunc eme vel minimo librum tu candide lector,
Qui tibi de tenebris Celtica iura refert,
Et patriæ legis nodoſa ænigmata ſoluit:
Mucoſo ac longo quæ latuere ſitu.
Si rogitas quiſnam tam grandia munera nobis
Attulit: in promptu Bartholomæus adeſt.

LES COVSTVMES Generales du Duchie de Bourgongne.

PROOEMIVM.

IN TEXTV IBI, Couſtumes.

1 Cõſuetudo quid ſit.

PRIMO quæro † quid ſit conſuetudo? tex. in c. cõſuetudo j. diſtin. dicit, quòd cõſuetudo eſt ius non ſcriptũ, moribus introductũ. ¶Et ita etiam diffinit Innoc. in rub. de conſue. Hoſt. plenius diffinit in ſum. eod. §. quid ſit. Vide Panor. & doct. in rub. de cõſu. Bar. plenius diffinit. Quam diffinitionẽ omnes tenent prout dicit Ang. in §. ex non ſcripto. inſti. de iu. nat. & dicit quòd conſuetudo eſt ius nõ ſcriptũ, moribus & vſibus populi, vel maioris partis ipſius, rectè initiatum, continuatũ & introductum, habens vim legis. ¶Aduerte, quia Rochus de curte in ſua repetitio. c. fin. extrà de conſuetudi. in j. quæſt. ponit tres diffinitiones conſuetudinis.

2 Conſuetudo vnde dicatur.
3 Conſuetudo quid ſonat.
4

ET dicitur † cõſuetudo à con, quod eſt ſimul, & ſuetudo vſus: quaſi communis vſus: prout dicit tex. in d. c. cõſuetudo † & ſonat conſuetudo quandoq; factũ nudũ: vt C. de epiſ. aud. l. iij. §. fi. & C. de ſeruit. l. j. C. cõia de manumiſ. l. fi. C. de iure fiſci. l. ſuper crcãdis. lib. x. ff. de ver. ſigni. l. vt Alphenus. & l. anniculus, & ita nõ ſumitur hic. † Quãdoq; ſonat ius: vt in §. ex non ſcripto. & C. quæ ſit lõga cõſuet. & l. de quibus. ff. de legi. Et intelligendum eſt quòd ſonat ius: quia ius ex ea reſultat, ipſa tamen eſt in facto. ¶Vide etiam eundem Rochum in d. c. fi. in ij. & iij. quæſtionibus.

5 Conſuetudo differt ab vſu.
6 Conſuetudo differt à præſcriptione.

ET differt † conſuetudo ab vſu, ſtylo, & ſtatuto: nã ab vſu differt tanquã cauſa à ſuo effectu: quia conſuetudo per vſum inducitur: & vſus propriè dicit factũ, cõſuetudo ius. ¶†Etiam differt à præſcriptione, quia præſcriptio requirit titulũ: cõſuetudo nõ. Et per cõſuetudinẽ ius in publico, & per præſcriptionem ius in priuato acquiritur. Iaco. de ſancto Geor. in repe. d. l. de quibus. ff. de legi.

7 Conſuetudo differt à ſtylo.
8 Stylus quid.
9 Stylus curiæ ſeruandus.

A Stylo † autẽ differt, quia ſtylus propriè dicitur circa illa q̃ tangũt modũ ordinandi acta, & ſententias, & alia quæ ſcribuntur ſtylo quo ſcribitur. Facit C. de vete. iur. enucle. l. ij. §. ſed & ſi. & l. j. C. de ſacroſ. eccle. Petrus & Cy. (nõ dicitur vbi dicũt) dicũt ꝙ de hoc ſtylo nõ habetur in iure: vnde dicũt, † quòd ſtylus eſt ius nõ ſcriptũ ab vnius iudicis voluntate ſæpe ſtylatũ, & in hoc differt à conſuetudine, quia cõſuetudo tacita volũtate & vſu plurium inducitur: quia populi, vel maioris partis eiuſdẽ. Et plenius de hoc ſtylo ponit Ang. are. in §. ex nõ ſcripto. in ij. & iij. col. inſtit. de iur. nat. gẽtiũ & ciuili, vnũ tamẽ quandoq; ponitur pro alio, vt patet in c. quã graui, ext. de falſis. facit. l. fi. C. de don. & l. teſtamenti, ff. de teſta. & l. veteres, ff. de actione empti. ¶Adde ꝙ de hoc verbo, ſtylus, eſt text. in d. l. j. C. de ſac. ſan. eccle. † Et ſtylus curiæ eſt ſeruandus. l. obſeruandũ. ff. de iudi. ita dicit. Bart. in l. iuriſperitos. ff. de exc. tut. ¶Et dicit tex. in l. fi. C. de iniuriis. ſtylus itaq; qui obtinuerit debet ſeruari intactus. Et dicit Bal. in l. fin. C. q̃ ſit longa cõſue. ꝙ ſtylus eſt practica curiæ cõfirmata. † Et quãdo eſt quæſtio. de ſtylo, iudex poteſt ſe informare in camera, nemine citato: ita dicit Iaco. de ſancto Georg. in d. l. de quibus. in ſua rep. col. iij. ff. de legibus.

10 Iudex informare ſe poteſt de ſtylo nemine citato.
11 Conſuetudo differt à ſtatuto.

A Statuto † autẽ differt cõſuetudo, quia ſtatutum expreſſo cõſenſu introducitur: conſuetudo verò tacito. §. oẽs populi, inſti. de iu. nat. & d. §. ex nõ ſcripto. Pet. de anc. in cõmẽto. c. canonũ ſtatuta. in xxxv. col. in prin. & dicit. Pan. in c. j. in prin. extra. de cõſue. ¶Et dicit Bal. in. l. ij. C. quæ ſit lon. cõſue. in ij. col. quòd ſtatutũ & conſuetudo differũt inter ſe reſpectu modi & formæ. Alexã. in cõſi. clxxxix. incip. mature. in. ij. vol. † & dicit idem Alex. in cõſi. ſuo. lij. incip. viſis his quæ in thematæ in vj. volu. ꝙ conſuetudo eſt maioris authoritatis, quã ſtatutum.

12 Conſuetudo maioris authoritatis quam ſtatutum.

ADDITIO. Vide ad hoc Mat. de affli. in cõſtitutionibus regni Siciliæ in præfatiõe in viij. q. Et quõ facta cõtrà ſtylum ſeu illo nõ obſeruato inducunt præſumptionẽ fraudis, falſitatis, aut doli. Vide Felinũ. in c. ij. in vij. col. extrà de reſcrip. & in c. cauſam quæ. de teſti. & in c. tertio loco. in fin. de probatio. Barba. in cõſi. j. in xlij. col. in. j. vol. Domi. meus Iaſ. in. l. teſtamentũ nõ ideo. C. de teſta. Et ideo, vt videmus † quia clauſulæ inſolitæ, cum ſunt cõtra ſtylum arguunt dolũ. l. ſi quis ſub conditi. ff. de cõdi. inſti. vt notatur in locis hic ante allegatis. Bart. in. l. quicunq;. C. de apochis publi. idẽ Barb. in cõſi. xlvij. in xxix. col. in j. vol. Steph. Bertrãdi in conſi. ccxxxvj. nu. viij. parte. ij. dixi in conſil. xxxv. nu. vj. Curt. in conſi. lxxiiij. in pen. col. & in cõſi. lxxiij. in. xxxv. col. ¶Hinc quærit Bart. in d. l. de quibus. ff. de legi. † An ſuſtineri poſſit libellus formatus ſuper cõſuetudine, & etiã ſtatuto: & cõcludit quòd nõ. in quo tamen nouiſſime Domi. meus d. Iaſ. Maynus. in vltima col. tenet cõtra Bar. & vide eundẽ ibi etiã in l. omnes populi in prin. in j. lectu. ff. de iuſtitia & iur. ¶Et quomodo ſtatutũ & conſuetudo differãt circa modũ, formã & cauſam efficiẽtẽ, vide Alex. in cõſi. ſuo. c. viij. in ij. col. in iij. vol. ¶† An autẽ iſta cõſuetudo ſit ius prætoriũ, vel ciuile, Bal. tangit in l. fi. in v. col. C. vnde legiti. vbi cõcludit quòd ſi conſuetudo fuit inducta à poteſtatibus terrarũ: tunc cenſetur ius prætorium, ſi autẽ à populo, ius ciuile cenſetur: & bene dicitur. Adde eundẽ Bal. in l. ex placito. ix. q. C. de rerũ permuta. Ex quo dico ergo, quòd cũ conſuetudines fuerunt introductæ à populo Burgundiæ (cum tres ſtatus patriæ repræſentantes populum introduxerunt, & in formam hanc reduxerunt ſeu approbauerũt) quòd iſtæ noſtræ cõſuetudines ſunt ius ciuile. ¶Quæ autẽ introducũtur à iudicibus, puta Ballinis, aut Locũtenentib. ſtatuendo & ordinando: vt quotidie faciunt fieri proclamata, vel ſtatuunt aliquid in eorum curiis, iſta ſunt ius prætorium: & effectus eſt, quia durant tantum anno. inſti. de perpe. & tempo. act. in princ. declarat Bar. in l. v. in princip. ff. de verb. oblig. & in l. j. in fin. ff. bono. poſſ. & in l. fi. ff. de pœnis. & in l. ij. §. fi. ff. pro empto. & dicit Bald. in. l. certũ in iij. col. C. vnde legi. † quòd ſtylus fori eſt ius prætorium: ideo non

13 Clauſulæ inſolitæ arguunt dolum.
14 Libellus ſuper conſuetudine formatus nõ valet.
15 Conſuetudo an ſit ius prætorium vel ciuile.
16 Stylus fori eſt ius prætorium.

ARBOR CIVILIS.



IN TEXTV IBI,

En toutes ſucceſsions.

HAec verba non ſunt ſine magno miniſterio, ſed quicquid dicant plures, quòd hæc repræſentatio ſit tantùm in prima linea, & ſic quòd tantùm poteſt eſſe vnica repræſentatio, & nõ plures: dico quòd poſſunt eſſe in vna ſucceſsione plures repræſentationes & dicunt illi hoc caſu plures repræſentationes reſpectu plurium ſuccedentium vni. Imò etiam vſque ad ſeptimum gradum ſemper repræſentatio habebit locum, ſi caſus dari poſſet. & iſtud dixi & tenui in caſu qui euenit in facto, vbi erant tres repræſentationes, ideo arborem illius hic etiam nouiſsimè inſerere curaui, ne ampliùs ſuper hoc ſiat dubium aut dubitent qui ſe fundabant ſuper iſtis verbis, *ligne et branche*, poſitis in textu, quę crudè intelligũt, vt in gl. ſequente patet, quæ incipit, iſte terminus.

1 An repræſentationi ſit locus in ſucceſ. ex teſtamẽto.

VTrùm iſtud habeat locum etiam in ſucceſsione ex teſtamento, ſicut in ſucceſsione ab inteſtato, hoc eſt, †1 ſi Titius fuerit inſtitutus in aliqua parte per quendam extraneum, aut ſubſtitutus, ſi moriatur ante teſtatorem, aut ante euentum cõditionis, an iſtud ius trãſmittatur ad heredes, videlicet primò ad filios, qui repræſentant perſonam patris, & verùm hoc caſu ſit locus repræſentationi? videtur ꝙ ſic, quia verbum ſucceſsionis adaptatur & comprehendit tam ſucceſſionẽ ex teſtamento quàm ab inteſta. l. fi. C. vnde leg. l. j. & ij. C. de ſucc. edicto. Soci. in conſi. ſuo cl. & dixi ſuprà in hoc titu. §. j. in verbo, ſuccedere. & maximè propter hanc generalitatem quæ hic ponitur, cùm dicat, *toutes ſucceſsions*, cùm qui totum dicit nihil excludit, l. Iulianus. ff. de leg. iij. dixi hic antè. Item vtrùm iſtud ſit verum etiã ſi filius non ſit hæres patris, ſed ſucceſsioni patris renuntiauerit, an etiã in alia ſucceſſione collaterali in qua deberet ſuccedere per repræſentationẽ patris ſuccedere debeat, an vero excludatur à ſucceſsione collateralium, in qua ſuccedere debeat per repræſentationẽ? videretur quòd non, per ea quæ dixi in §. *femme mariée*. infrà hoc eo. tit. in gl. *ſi* *qu'il y ha filz*. & per ea quę dicit do. meus Iaſ. in auth. vnde ſi parens. in iij. col. C. de inoſ. teſta. Sed ꝗ quando ſuccedit cum patruis, aut auunculis, videretur ſuccedere ex perſona patris, hoc poſſet eſſe verũ: ſecus ſi ſuccedat cum filiis patrui aut auunculi, cùm ſuccedat ex perſona ſua. conſului in caſu emergenti.

Euenit mihi alius caſus hîc figuratus, in quo conſului quòd repræſentatio ita habuit locum, quòd exiſtens in quarto gradu non fuit excluſus per exiſtentem in ſecundo gradu, hoc modo videlicet.



Et ita obtinui per arreſtum curiæ parlamenti in caſu ſupradicto, & talis eſt caſus.

Magiſter Petrus Bouillier habebat Gulielmum Bouillier eius fratrem, ex quo deſcenderat Guiotus Bouillier, habuerat & Laurentiam eius ſororem, ex qua deſcenderat Guiota Iaquier, & ex dicta Guiota Humbertus Languet, & Philiberta Viguler: ex dicta Philiberta deſcēderat Anna Vaultillier: nunc agitur de ſucceſsione prædicti Magiſtri Petri, & ſunt ſuperſtites ex prædictis dicti Guiotus filius Gulielmi, Humbertus Languet filius Guiotę, & Anna Vaultillier filia Philibertę, & proneptis Laurentiæ. Ego dixi & tenui quòd iſta Anna repreſentabat Philibertā, quæ erat in pari gradu cū Humberto Languet: & quòd ipſe Humbertus repreſentabat Guiotā quæ erat in pari gradu cum dicto Guioto, & ſic quòd debebat ſuccedere dicta Anna prędicto Magiſtro, Petro, & ita fuit dictū per arreſtū dictę curiæ,

Ex abun

LVGDVNI,

EXCVDEBAT

MICHAEL SYLVIVS.

M. D. LII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA